



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XXV. Die Ivnii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XXV. DIE IVNII.

P. ALVARVS
LEDESMA.P. IOANNES FRANCIS-
CVS IOANNELLVS.Hispanus
Madridi. 25.
Iunij 1597.

Per ipsos 40. annos assiduitate magna operam dedit Confessionibus audiendis. Descripserat in Scheda alias, & alias attriti senio corporis afflictationes, quarum potestatem semestri ante obitum à P. Visitatore sibi fieri flagitabat. Cum in omnibus ea planè innocentia, quæ tyronum quispiam versaretur, & impensè infima quæque, ac abiectissima expeteret atque impetrata alacriter, nec sine lachrymis præ tenero pietatis sensu fuis, obiret, causam rogatus respondebat; se suam ad Deum perfectionem adornare. Vno ante mortem mense diserte cuidam dixit; breuè se in puluerem soluendum.

P. IOANNES
BREDANVS.Belga Ra-
tishonæ 25.
Iunij 1609.
Soc. 44.

Hunc per semestre ægrum, & nec manum ori admouere, nec vlllo officio fungi valentem, illustre, & viuendi & moriendi exemplum vocant literæ Ratisbonenses. Frisburgensis Senatus tres honoratissimos viros ad Prouincialem ablegauit, vt P. Ioannem Frisburgum remitteret. Inter præclaras, quæ ad populum dicendi, quæ conscientias exviandis dotes, hæc in illo emittit quoddam morientibus percitè, ac perlubenter ad extremum vsq; adesset, magno illorum solatio. Non-genti sunt numerati: quorum extremo in agone oculos clausit fidelis hic amicus vsque ad mortem.

Mexici per exercitia Sancti P. Ignatii repente manu dexteræ excelsi in alium planè virum miratus est ardore tanto, vt Socij ex Italia cum illo appulsi venerabundi obstupescerent, negarentque hunc esse illum quem nouerant. Detractas somno horas plures orationi dabat coram sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento. Tantâ flagrantia precabatur, vt illum alij, ea de causa taciti obseruarent, quò se accenderent. Cruentâ quotidie flagellatione corpus cruciabat; largius verò in B. V. peruigilijs. Repertum est post obitum eius chirographum, quo per B. Stanislaum Beatissimæ Virgini posrecto, se Deiparæ transcriberebat, eâ verborum vi, quæ pietatem, admirationemque moueret, Pro rerum omnium compendio suadebat omnibus, vt voluntatem suam diuinæ vndequaue accommodarent: semperque, descripta secum circumferebat, crebrò vsurpans verba illa. *Inueni virum secundum cor meum, qui faciat omnes voluntates meas.* In huius nutum aded se in morte quoque proiecerat, vt cum per mare Pacificum in Philippinas nauigans eo quo ipse id ante prædixerat tempore moretetur, religiosi viri qui aderant, se virum qui verè Sanctum virtutis exemplum sit, morientem videre non semel affirmarent. Moriens dicebat; duos fratres sibi adesse; ac statim euolare, si quispiam aduenisset. B. B. Aloysium & Stanislaum fuisse opinio fuit, quibus vnice erat addictus.

Italus in
mari ad Phi-
lippinas 25.
Iunij 1622.

Exercitia.

Oratio.

Mortif.

B.V.

Conform.
cum volunt.
Dei.

Mort.

B. P. Aloys.
& Stanis.

T t 2 XXVI. DIE